



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Brevis Expositio Propositionum Damnatarum

Didacus <ab Aragonia>

Venetiis, 1728

Sequuntur Propositiones damnatæ à SS. D. N. Alexandro Papa VII. Feria 5.
die 24. Septembris 1665.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42653

2. Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.

3. Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.

4. Semipelagiani admittebant præventis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent, eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.

5. Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omninò hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.

Quarum propositionum prima damnata est tanquam temeraria, impia, blasphema, & hæretica: 2. ut hæretica, ac 3. similiter. 4. ut falsa, & hæretica. 5. ut falsa, temeraria, scandalosa, & intellecta eo sensu, ut Christus pro salute dumtaxat Prædestinatorum mortuus sit; impia, blasphema, contumeliosa, divinæ pietati derogans, & hæretica, cum directè adverteatur doctrinæ Scripturarum, Conciliorum, ac Sanctorum Patrum.

Sequuntur Propositiones damnatae à

SS. D. N.

ALEXANDRO PAPA VII.

Feria 5. die 24. Septembris 1665.

1. **H**omo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum Fidei, Spei, & Charitatis, ex vi præceptorum
Divi.

Divinorum ad eas virtutes pertinentium .
v. Fides.

2. Vir Equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat. v. Duellum.

4. Sententia asserens Bullam Cœnæ solùm prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Julii in Consistorio Sac. Congreg. Eminentissimorum Cardinalium visa, & tolerata est. v. Bulla.

4. Prælati Regulares possunt in foro conscientiaæ absolvere quoscumque Sæculares ab hæresi occulta, & ab Excommunicatione propter eam incurfa. v. Absolutio.

5. Quamvis evidenter tibi constet, Petrum esse hæreticum, non teneris denunciare, si probare non possis. v. Denunciatio.

6. Confessarius, qui in Sacramentali Confessione tribuit Pœnitenti chartam postea legendam, in qua ad Venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione, & proinde non est denunciandus. Ibidem.

7. Modus evadendi obligationem denunciandæ sollicitationis est, si sollicitatus confiteatur cum sollicitante, hic potest ipsum absolvere absque onere denunciandi. Ibid.

8. Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licitè accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus, ipsimet celebranti correspondentem: idque post Decretum Urbani VIII. v. Missa.

9. Post Decretum Urbani potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio,

dio, alia parte stipendii sibi retenta. Ibid.

10. Non est contra iustitiam pro pluribus Sacrificiis stipendium accipere, & Sacrificium unum offerre; neque etiam est contra fidelitatem, etiam si promittam, promissione etiam juramento firmata, danti stipendium, quod pro nullo alio offeram. Ibidem.

11. Peccata in Confessione oblita; seu omissa obinstans periculum vitæ, aut ob aliam causam non tenemur in sequenti confessione exprimere. v. Confessio.

12. Mendicantes possunt absolvere à Casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate. v. Regul. privil.

13. Satisfacit præcepto annue Confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato. v. Confessio.

14. Qui facit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ Ibid.

15. Pœnitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat. v. Pœnitentia.

16. Qui beneficium Curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem, non approbatum ab Ordinario. v. Confessarius.

17. Est licitum Religioso, vel Clerico, Calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non suppetit; uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus, vel ipsi Religioso, velejus Religioni publicè, & coram gravissimis Viris prædicta impingere, nisi occidatur. v. Defensio.

18. Licet interficere falsum accusatorem falsos.

falsos testes, ac etiam Judicem, à quo iniqua, certò imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare. Ibid.

19. Non peccat Maritus occidens propria auctoritate Uxorem in adulterio deprehensam. v. Adulterium.

20. Restitutio à Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis, eo quod sit pœna. v. Beneficiarius.

21. Habens Cappellaniam collativam, aut quovis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio literarum vacet satisfacit suæ obligationi, si officium per alium recitet. Ibidem.

22. Non est contra justitiam, Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia Collator conferrens illa Beneficia Ecclesiastica pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur. v. Beneficium.

23. Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc fiat; puta quia non vult se subicere præcepto. v. Jejunium.

24. Mollities, Sodomia, & bestialitas sũt peccata ejusdem speciei infimæ, ideoque sufficit dicere in Confessione; se procurasse pollutionem. v. Peccatum.

25. Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit Confessionis præcepto dicens: commisi cum soluta grave peccatum cõtra castitatem, non explicando copulam. v. Copula.

26. Quando litigantes habent pro se opiniones æque probabiles, potest Judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio. v. Judex.

N

27. Si

Ibid.
tribus
Sacri-
t con-
pro-
danti
offe-
dem.
; seu
ut ob
uenti
essio.
Cass-
ad id
rivil.
essio-
præ-
ato.
essio.
rariè
Ibid.
absti-
pæ-
ntia.
pos-
icem
lina-
rius.
tico,
vel
occi-
i non
; si
ioso,
gra-
i oc-
nsio.
rem
os.

27. Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio censei probabilis, dum non constet rejectam esse à Sede Apostolica tanquam improbabilem. v. *Opinio.*

28. Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam. v. *Lex.*

Sequuntur Propositiones damnatae
ab eodem

ALEXANDRO PAPA VII.

Feria 5. die 18. Martii 1666.

29 **I**N die jejunii, qui sæpius modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium. v. *Jejunium.*

30. Omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio. *Ibid.*

31. Excusantur absolute à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit; & etiamsi iter unius diei conficiant. *Ibid.*

32. Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima obliget. *Ibid.*

33. Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas antea beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit. v. *Beneficiarius.*

34. In die Palmarum recitans Officium Paschale satisfacit præcepto. v. *Horæ Canonicae.*

35. Unico officio potest quis satisfacere